



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De duobus Conuersis Claustri, qui viderunt Christum in aëre pendentem in
cruce, cap. 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Dvo Conuersi in Hemmenrode, in quadam gran-
 dia eiusdem domus, quodam tempore manebat: *Ex Chri-
 stia f-*
 stabant autem simul vice quadam, & hora completo- *sione,
 rij Deo suæ seruitutis pensum persoluebant: dicto cõ-
 munita
 pletorio, respiciens vnus ad cœlũ vidit in sublimi cru-
 cifixum. Erat *manant
 consolam
 autem crux illa adeò splendida, vt ab ipso splendore
 assones.*
 sese inuicem contuerentur clarissimè; nam alias tene-
 bræ erant super faciem terræ, erat enim hyemis tem-
 pus. Et quia loqui non licebat, signũ fecit alteri, quasi
 interrogans, si aliquid videret? at ille nihil se videre si-
 gnauit; Tunc ipse signum illi fecit, vt genua flecteret
 & oraret: quod cum fecissent ambo simul, erectus post
 pusillum, tantæ visionis factus est socius & testis. Am-
 bo adhuc, vt puto, viuunt, nec licet prodere nomina
 illorum. **A P O L L O N I V S:** Quæ tibi videtur causa
 fuisse tantæ visionis Conuersorum eorundem, meri-
 tum an culpa? **C Æ S A R I V S:** Si propter eos visio ea-
 dem facta est, alterum videtur causa fuisse, bona vide-
 licet vita; vel culpa aliqua, siue vtrumque. Hoc vtrum
 esse vel posse esse verum visio subsequens declarabit.*

CAPVT XVIII.

IN Lucka domo ordinis nostri, cuius in superiori
 distinctione memini ca. 24. Conuersus quidam est,
 sicut ab Adam eiusdem domus monacho didici, vir
 bonus & disciplinatus, Rodolphus nomine, cui diui-
 nitus multa reuelatur. Hic cum nocte quadam, dictis
 matutinis, ante lucẽ sub diuo staret, & orationes ali-
 quas diceret, Christum in aere cruce affixum penderẽ
 vidit, & circa eũ xv. homines, singulos in singulis cru-
 cibus: ex quibus decẽ erant monachi, & quinque Cõ-
 uersi, omnes ei bene noti, vtpote congregationis suæ
 professi: ita aer fuerat illuminatus ex Christi præsen-
 tia, vt singulos plenè discerneret. Cumq; stupefactus
 staret, ob tam mirabilem visionem, Dominus de cruce
 clamauit; Nosti Rudolphe, qui sint hi, quos circa
 me vides crucifixos? Respondente Conuerso: Noui
 Domine qui sint; sed quid sit quod video, prorsus non
 intelligo;